Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: et in nomine dni quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine dni ✠ quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum ut caderem: et dns suscepit me.

Fortitudo mea et laus mea dns: et factus est michi in salutem.

Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera dni fecit virtutem: dextera dni exaltavit me: ✠ dextera dni fecit virtutem:.

Non moriar: sed vivam et narrabo opera dni.

Castigans castigavit me dns: et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitie: ingressus in eas confitebor dno: hec porta dni iusti intrabit in ea.